



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 37. Concilium Bithyniæ pro Ario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

prædi-
Deo ha-
omni-
um effi-
cium ex-
quidam
est, &
venio-
ubstan-
r, Pa-
mobi-
unctu-
abum
sequen-
babeat
rorum
& i-
nem-
bo su-
io De-
s, qu-
ensem-
quod
n.
Tha-
e can-
canti-
tades
salta-
c so-
oma-
præ-
puos

cipuos suæ hæresis errores inseruerat. Sæculum IV.
Plura ejus generis cantica sparsit, quibus doctrinæ suæ venenum hominum etiam simplicissimorum mentibus suaviter insinuaret; quippe alia itinerantibus, alia navigantibus, alia molam vertentibus erant accommodata.

A. C. 321.

Philostorg.
l. II. c. 2.

§. XXXVII.

Concilium Bithynice pro Ario.

Eusebium Nicomedensem, ejusque factionis socios non parum offendit, c. 15. *Conc.*
quod Alexander Alexandrinus iteratas preces suas, quibus, ut Arium reciperet, 725. *Alexan. Ath.*
rogaverant, rejecisset, atque hinc majori fervore ejusdem errores propugnabant. Jam tunc mortale odium conceperunt in Athanasium Alexандri Diaconum, namque, curiosius in ejus vitam inquirentibus, referebatur, eum ab Episcopi latere non discedere, a quo maximi haberetur. Conilio in Bithynia congregato, ad omnes orbis Episcopos scripserunt, eosque ad communionem cum Arianis, utpote orthodoxe sentientibus, invitabant, optabantque, ut, ipsis hortantibus, Alexander ad suam communionem rediret. Alexandro in sententia perdurante, Arius ad Paulinum Tyriensem, Eusebium Cæsariensem, & Patrophilum Scythopolitanum misit, qui pro se suisque licentiam congregandi populi, se sequen-

c. 321.

Hist. Eccles. Tom. III. I tis,

Sæculum IV. tis, peterent, cum in Presbyteros esset
A. C. 321. ordinati, & mos Alexandriæ vigeret,

Presbyteri Ecclesiarum particularium populos congregarent, salva Episcopi omnes auctoritate. Tunc temporis plenumque in singulis urbibus una tantum erat Fidelium Ecclesia, cui Episcopus præsidebat, & verosimiliter non nisi insolitus urbis Alexandrinæ magnitudo in cauerat, cur ibi plures haberentur. Hi tri Episcopi, cum aliis suis Palæstinæ Collegis congregati, Arium voti compote fecerunt, atque ei, & aliis suæ opinioni Presbyteris, sectatores suos sicut antea congregare permiserunt, jubebant item, ne obedientiam Alexandro detinam, excuterent, sed ut sibi pacem suam & communionem reddere vellet, roga perseverarent. Ita in Palæstina conventus particulares sub Arianis his Presbyteris visebantur, qui, Episcopo Alexandriæ invito, Alexandrinæ Ecclesiæ membra se dicebant.

§. XXXVIII.

Alterum Licinii Bellum.

Plurimum auctoritatis accessit Eusebius Nicomediensi, cum Constantinus de bellato Licinio in ea urbe degeret; quippe is haud diu persecutionem, qua Collega suus Christianos vexabat, æquo animo tulit, sed & alia erant, quibus ad indigna-

Socr. I. hist.
6. *Eus. II.*
vit. c. 3.